



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 49. Iterata Regis expeditio adversus rebelles Calvinistas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

belles, & quinam hi fuere? non alii, Sæc. XVII.  
nisi Calvinistæ, & Lutherani.

A. C. 1622.

## §. XLIX.

*Iterata Regis expeditio adversus re-*  
*belles Calvinistas.*

Igitur Ludovicus XIII. Franciæ Rex *Meteran.*  
die vigesima prima Martii Parisiis <sup>l. 42. p. 381.</sup>  
excedens, altera die Aureliam, inde <sup>& seqq.</sup>  
Blesas profectus est, cum toto exerci- *Merc. Gal-*  
<sup>tus robore in Pictones & Aquitanos</sup> *lobelg. p. 410.*  
<sup>& 485.</sup>  
moturus: Die quinta Aprilis Salmu- *Grainond.*  
rium advenit, cuius urbis mænia solo <sup>& Calmet</sup>  
æquari jussit, eoquod cives cum Ru- <sup>l. c.</sup>  
pellensibus arcto foedere juncti Catho- *Hist. de*  
licos crudelitate plusquam barbara di- *Louis XIII.*  
vexassent. Inde die octava ejusdem <sup>t. 5. p. 1. &</sup>  
*seqq.*  
Mensis profectus, biduo post Nannetes  
peruenit, & quamvis nonnisi octo pe-  
ditum millibus, & Equitibus quingen-  
tis stipatus esset, Riam Insulam, quam  
Subisius occupaverat, aggredi statuit:  
Oppotune alveum restagnantibus a-  
quis transmeabilem reperit, ipsem et  
igitur inter primos cum copiis suis per  
incertas aquas vix non collotenus trans-  
mittit, ipsus quoque cunctos ordines  
circumequitans ad proximam irruptio-  
nem imperia distribuit; ast ad primum  
Regii exercitus conspectum quatuor  
rebellium millia positis armis Ludovici

Mm 4

non-



Sæc. XVII. nondum pugnantis, jam victoris cle-  
 A. C. 1622. mentiam exorant: ipse vero Dux  
 Subisius, qui nonnisi e longinquo au-  
 dax erat, cum se a suis desertum cer-  
 neret, demissioribus aquis viam de-  
 monstrantibus natando Rupellas cum  
 suorum quinquaginta dilapsus est, ex  
 quibus tamen triginta cæli & quidam  
 capti fuere: Prosper hic successus Re-  
 gem animabat, ut Condæum juberet,  
 quatenus naves quoque aquarum præ-  
 fidio destitutas aggredieretur: verum  
 ad primum Condæani agminis occur-  
 sum mox milites navibus impositi nu-  
 mero septingenti sese dedere, ceteris  
 aut fluminis beneficio dilapsis, aut in  
 proximam sylvam fugientibus, quorum  
 tamen potissimi aut a rusticis, aut a Re-  
 giis trucidati sunt, adeo, ut ex Subisia-  
 no exercitu sex millibus valido ægra  
 quadringenti ad sua reversi sint; non  
 sine magno dedecore ipsius Subisi,  
 qui a suis pro strenuo milite habitus,  
 cum ad maris aspectum fugeret, Saty-  
 rico carmine, cuius versus in hæc ver-  
 ba desinebant, *Mare vidit & fugit, ir-*  
*ridebatur.*

§. L.

*Continuatæ Regis vittoriae.*

Subj.